



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.  
XII**

**Caesarius <Heisterbacensis>**

**Antverpiae, 1605**

De eclypsi solis, & morte Philippi Regis, cap. 24.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

provinciis eodem die visa sunt quinq; partes: per tres partes, supradictos tres reges intelligo, per duas reliquas, Bernhardum ducem Saxonie, & Bertolphum ducem Thuringiae, qui satis pro imperio ambo laborabant, accipio.

## CAPUT XXIV.

**M**ense sequenti, scilicet Kalendis Martij, aliud signum apparuit in sole: non dico miraculum, quia naturale, sed magnæ rei pronosticum. Facta est quippe eclipsis solis tam magna tempore meridiano, ut vix aliquid superesset splendoris: multi videntes extimuerunt, dicentes aliquid magni fore futurum. APOLLONIUS: Quid tibi videtur eadem eclipsis figurasse? APOLLONIUS: Non sum Daniel, & ideo non asserendo sed opinando interpretor. Videatur mihi defectus ille solaris praesignalis morte Philippi, qui sequenti anno occisus est, & defecit. Particula illa luminosa, quæ recrescere coepit & augmentari, Otto fuit, qui post Philippi morte factus est magnus atque gloriosus. Videtur eisdem temporibus adpletum, quod Dominus in Euangeliō dicit: Nam virtutes cœlorum mouebuntur. Cœlum quandoque *Luc. 21. 22.* designat præsentem ecclesiam & vniuersalem: Cœli verò ecclesiæ particulares: Virtutes ergo cœlorum sunt Prælati ecclesiarum, Episcopi videlicet, Abbates, Præpositi. In prædicto enim schismate non solum Principes sæculares, sed etiam spirituales moti sunt, quia tum propter pecuniam, tum propter amorem, siue timorem, instabiles facti, nunc vni nunc alteri jurauerunt. Nam ipse Princeps episcoporum, scilicet Papa Innocentius, primo Ottонem fouit & coronauit, postea, ob causam multis notam, illum deponens, Fredericū eius aduersarium suscitauit. In luna verò signa non defuerunt, duas eclipses magnas solito crebrius passa. Quod si in stellis signa quaris, quod vidi refera.

## CAPUT XXV.

**P**ost mortem Henrici Imperatoris, cùm de successore Coloniæ in palatio tractaretur, post meridiē *ls.* visa est stella lucidissima: tunc currentibus nobis

Q q §

iii